Per litteras 30 XII Dresda datas offerunt regem Augustum tractatui pacis "in blanco" subscripsisse, quod eam aequam fore putaverit; attamen cum Lipsiae de pace tractaretur, allatum esse nuntium de victoria ad Calissiam a rege reportata; ea re Suecos ita indignatos esse, ut maiorem vim in Saxonia adhibere minati sint, nisi eorum condiciones a commissariis Saxonice acciperentur. Sic stantibus rebus pacem esse constitutam; ea pace regem maxime conturbatum esse, consensisse tamen, ut primo novi anni die, Suecis postulantis, sollemniter promulgaretur.

Suecos bona regia, prorsus profligata et pessumdata, reddidisse et constituisse commissarios de compensationibus tractaturos, quod tamen lente secuturum esse videtur. Eisdem Suecos Saxonia discedere non intendere, immo novum militem conscribere. In Saxonia rumores circumferri Polonos, Stanislao Leszczyński non contentos, de nova regis electione cogitare.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 17r-18r (annexum ad fasciculum epistularum N. 107-111).

- Ed.: Theiner VMPL IV 38 (partim).

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 136v-137r.

Troppaw, 6 Gennaro 1707.

Le lettere di Dresda delli 30 del passato portano, che ivi si asseriva, che il Re haveva dato un bianco, segnato di propria mano a Petricau²⁷⁰, nel quale dovevansi bensì stendere gl'articoli della pace, però formati con tutta la moderatione, ma che in tempo che i Commissarii trattavano della pace in Lipsia, essendo ivi giunta la nuova della vittoria riportata da Sua Maestà a Kalisch²⁷¹, ne furono i Suedesi sì irritati che minacciarono di usare le maggiori violenze nello stato, se non era loro accordato ciò che chiedevano; perloché i Commissarii, credendo di salvare il Paese, si presero l'arbitrio di consentire a tante dure condizioni. Per le quali il Re è infinitamente stordito, ma non essendovi rimedio pref[17v]sentemente, si parla che era come risoluto di pubblicare la pace il primo giorno del corrente anno col canto del Te Deum e lo

²⁷⁰ Petricovia (Piotrków).

²⁷¹ In pugna ad Calissiam 29 IX 1706 commissa.

sbaro del cannone, desiderando ciò i Suedesi, che ben conoscono non potersi approvare né dal Re né dai stati una pace sì svantaggiosa.

Hanno i Suedesi rilasciate le entrate regie, le quali però sono poste in stato tale che non potranno così presto rendere i soliti frutti. Hanno i medemi eletti dei Commissarii, per unirsi con quelli dei Stati, a fine di riconoscere le estorsioni commesse nel Paese, dicendo di volerne fare una compensazione, il che non seguirà così sollecitamente. Intanto non si parla più che vogliano uscire dal Paese, continuando in questo mentre non solo a levare quante [18r] reclute possono, ma formano un Reggimento nuovo e procurano di far desertare i soldati che sono al servizio del Re, per prendersi al loro senza che alcuno ardisca opporsi a tante violenze.

Si vocifera in Sassonia, che i Polacchi pensino di fare una nuova elezione per sostenere la libertà della Republica, non essendo contenti di quella del Palatino di Posnania, a vedere il quale ha havuta somma ripugnanza il Prencipe Giacomo Sobiescki.

N. 115.

Iulius Piazza **Congregationi Episcoporum et Regularium**

Opaviae, 7 I 1707.

Commendat negotium abbatibus et monachorum Tinecensium de redimendis bonis Siedliska et Lubaszowa, praepositurae Tuchoviensi in possessionem ad tempus datis, et destinandis eis ad sustentandum sanctuarium Beatae Mariae Virginis in eadem praepositura situm.

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 260r-261r.

Alla S. Congregazione dei Vescovi e Regolari, 7 Gennaio 1707.

Essendo stata anticamente devastata dalle incursioni dei barbari la Polonia, i beni anche suoi soffrirono l'ultimo estermio, perloché i Amministratori di essi, tanto ecclesiastici che secolari, per rimetterli nel loro stato primiero, li diedero come in enfiteusi, sotto certe condizioni, a diverse persone, tanto nobili che plebee, le quali poi per lunghezza del tempo se ne resero talmente Padroni, che alla riserva dell'adempimento delle sudette condizioni non solo li trasmisero, come ereditarii, ai loro successori, ma anche li vendettero col censo però del Padrone diretto, il quale non poteva negarlo, mentre la consuetudine immemorale li haveva posti in questo possesso, a cui non resistevano non solo le leggi provinciali del Regno, ma li davano anzi un

giusto titolo. A cui pure per i beni ecclesiastici, dianzi^{a)} concessi, come sopra in enfiteusi, assiste il beneplacito apostolico, accordato in quei^{b)} tempi calamitosi. Et essendo per l'ordinario i menzionati beni regolari spettanti alle mense abbaziali, gl'erano anche i medemi dagl'Abbate pro tempore concessi a quelli che verso di loro o del Monastero si erano acquistato qualche merito segnalato^{c)}. E tali beni sono stati chiamati e si chiamano ancora Scultezie e Advocazie.

Di questa natura sono appunto quelli di Siedliska e Lubaszow²⁷² [260v] situati nella Prepositura Tuchoviense²⁷³, la quale con tutto che colla cura dell'anime che ha annessa sia amministrata da un religioso del Monastero Tinicense, di cui è moderno Abbate Commandatario un Principe Lubomirski²⁷⁴. Tuttavia la medesima con i beni in essa compresi spettano alla sua mensa abbatale, disponendone a favore di chi li è più grato, dandoli, come sopra, in enfiteusi. Ma havendo i religiosi del detto Monastero ritirati dalle mani del ultimo secolare^{a)} possessore i sudetti luoghi, è ben contento l'Abbate che siino uniti ed incorporati alla mensa del Monastero colle condizioni menzionate nel memoriale, che ritorna qui ingiunto alle Eminenze V.re, a favore d'una Chiesa filiale della sudetta Prepositura, ^d-poiché non havendo fondazione alcuna, colla applicazione di quei beni sarà ben servita dai religiosi ed insieme i fedeli che^{d)} concorrono in gran numero alla medesima per una Imagine miracolosa della Beatissima Vergine, che da più di ducento anni ivi si conserva esposta al culto de fedeli. Da queste notizie, che ho ritratte da una antica relazione inviata al Sig. Cardinale Spada quando si trovava qui, si degnaranno riconoscere l'Eminenze V.re il profitto che risulta al Monastero dalla menzionata incorporazione di beni sudetti, ^e-che fruttaranno 2 mila fiorini della moneta di Polonia^{e)}, ritirati per sempre dalle mani dei secolari, quando [261r] l'Abbate non ne ritenea che cento cinquanta di annua risposta, oltre l'aumento del culto divino. E perciò stimo che i religiosi coll'Abbate meritino d'essere consolati colla grazia che chiedono dalle Eminenze V.re alle quali faccio profondissimo inchino.

^{a)} *Adscriptum supra.*

^{b)} *Sequitur expunctum: pessimi.*

^{c)} *Sequuntur 3 verba expuncta, illegibilia.*

^{d-d)} *Correctum partim in margine, partim supra textum, expunctum (illegibile).*

^{e-e)} *Additum in margine.*

²⁷² Siedliska et Lubaszowa prope Tarnoviam in dioecesi Cracoviensi.

²⁷³ Praepositura Ordinis S. Benedicti Tuchoviensis monasterio Tinicensi subiecta erat.

²⁷⁴ Iosephus Lubomirski (ca 1670-1709), abbas commendatarius Tinencensis ab a. 1685.

N. 116.

Iulius Piazza
Christino Mirecki OSB

Opaviae, 7 I 1707.

Extendit facultates visitandi monasterii Plocensis Benedictinorum, prius ei concessas, ad examinandam causam prioris Alberti Znamierowski ex officio deiecti et, si indebite deiectus sit, amoto illegitimo prioratus occupatore, Michaele Żółtowski, officio restituendi.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 3v-4r.

Iulius Piazza, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Nazareus etc. Dilecto Nobis in Christo Rev.mo in Christo Patri Christino Mirecki, Abbati S. Crucis in Calvo Monte, Ordinis S. Benedicti, salutem etc. Sciverit Rev.ma Paternitas V.ra, quod licet ipsa in Commissarium pro visitando Monasterio Plocensi Ordinis S. Benedicti per Eminentissimum ac Rev.mum Dominum Horatium Philippum Cardinalem Spada, Antecessorem Nostrum in munere Legationis Apostolicae ad Regnum Poloniae, sub die vigesima quinta mensis Octobris anni proxime praeteriti 1706 deputata fuerit, per Nosque deinde Successorem in hac Nunciatura ad Regnum Poloniae, sub die decima quinta Decembris proxime praeteriti, ex quo munus praedictum deputationis suae in visitando necdum inchoare potuerat ante reassumptionem nostrae iurisdictionis, approbata, additis facultatibus necessariis, expressis tum in nostris literis praefatae diei 15 Decembris, cum antedictis similiter potentialibus diei 25 Octobris per Eminentissimum Dominum Cardinalem Spada expeditis, prout in ipsis plenius continetur²⁷⁵.

Quia tamen recenter Nobis innotuit Admodum Rev.dum Patrem Albertum Znamierowski in praefato Monasterio Plocensi Ordinis S. Benedicti officio Prioris alias perfungentem, per conspirationem nonnullorum religiosorum illius loci, tumultuose, assumpta copia hominum saecularium, nullatenus servato iuris ordine, deiectum fuisse cum scandalo incolarum circumcirca in illis partibus existentium, recursumque per eundem R. Patrem Znamierowski ad nos ab huiusmodi illicito progressu et violentiis factum extitisse, et petatum, ut ipsum, uti de facto deiectum per vim et potentiam ab his, qui nullo modo iurisdictionem habuerunt, reintduceremus ad suum officium, Nos autem huiusmodi facti et progressus plenam notitiam non habentes, de prudentia vero, discretione et zelo Paternitatis V.rae Rev.mae plurimum in Domino confidentes, eidem committendum esse duximus, prout committimus per praesentes, ut in actu visitationis vigore supradictarum potentialium nostrarum et Antecessoris Nostri, ad sibi commissa exe-

²⁷⁵ Cfr. AV, Arch.Nunz.Vars. 181 f. 67r.

quenda procedendo, super huiusmodi indebita deiectione ex prioratu Admodum Rev.di Patris Znamierowski praedicti, absque figura iudicii et sola facti veritate inspecta, procedat et quatenus ipsum de facto per vim et potentiam ac absque demerito deiectum fuisse sibi constiterit, eundem ad officium suum priorale, a quo indebite deiectus esset, restitui faciat et reintucat in possessionem illius, amoto exinde R. P. Michaelae Żółtowski, intruso in praedicto prioratu et usurpatore indebito; aliaque faciat et exequatur, quae ad plenam restitutionem in prioratu spectare et pertinere necessaria fuerint. Nos enim Paternitati V.rae Rev.mae plenariam quoad praemissa tribuimus facultatem per praesentes, salva appellatione, si quis gravatum se exinde senserit, quoad devolutivum nihilominus effectum duntaxat. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 7 mensis [4r] Ianuarii, Anno Domini 1707.

(Locus + Sigilli)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus
Nuntius Apostolicus
Io[annes] Carolus de Vannis
Auditor Generalis
Adalbertus Skwarczyński,
Cancellarius

N. 117.

Iulius Piazza
Christino Mirecki OSB
Theophilo Grzebski OPraem.
Ioanni Nivardo Górski OCist.

Opaviae, 7 I 1707.

Impertit ei facultates peragendaе visitationis in monasterio Plocensi OSB et praepositoris ac omnibus locis ab eo dependentibus, ratione scandali ob iniustam privationem officii prioratus Alberti Znamierowski per abbatem commendatarium Stanislaum Boglewski factam.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 4r-v.

Iulius Piazza etc. Dilectis Nobis in Christo Perillustribus Rev.mo ac Admodum Rev.dis Patribus. Christino Mirecki, Abbati S. Crucis in Calvo Monte Ordinis S. Benedicti²⁷⁶, Theophilo Grzebski, Plocensi, Strzelnensi Praeposito, Commissario et Vicario Generali Ordinis Praemonstratensis,

²⁷⁶Cfr. N. 76.

atque Ioanni Nivardo Górski, Priori Landensi Ordinis Cisterciensium²⁷⁷, salutem etc. Cum ex facultatibus, a Sanctissimo Domino Nostro, Domino Clemente, Divina providentia Papa eius nominis XI, concessis, Nobis competat, Legatione Nostra durante et intra illius fines, per Nos ipsos seu alios viros probos et idoneos Monasteria, Prioratus, Praeposituras quorumcunque Ordinum, etiam mendicantium, etiam exempta et Sedi Apostolicae immediate subiecta, et quocumque alio privilegio suffulta, eorumque Capitula, Conventus et Personas, etiam, ut praefertur, exemptas et subiectas, quoties Nobis videbitur, visitare, corrigere, emendare, inquirere et deviantes ad instituti viam reducere, aliaque facere necessaria et opportuna ad disciplinam ecclesiasticam restaurandam, hinc est, quod dictis facultatibus inhaerentes, cum personaliter ad Monasterium Plocense Ordinis S. Benedicti et loca ei annexa, gravissimis negotiis impediti et ob loci distantiam, accedere non possimus, Perillustribus Rev.mis et Admodum Rev.dis Paterinitatibus V.ris, de quorum prudentia, zelo et discretionem plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, quatenus prima data opportunitate se conferant ad Monasterium praedictum Plocense Ordinis S. Benedicti et Praeposituras ac omnia loca ab eo dependentia, illudque et illas, ac omnia annexa et adiacentia, tam quoad locum, quam quoad personas, tam in capite, quam in membris, iuxta sacros canones et decreta Concilii Tridentini auctoritate Nostra, immo verius Apostolica, visitent, in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen et consuetudinem, vitam, mores, ritus, disciplinam inquirant, necnon Evangelicae et Apostolicae Doctrinae ac Sacrorum Canonum et Conciliorum Generalium decretis, atque Sanctorum Patrum traditionibus et institutis inhaerendo, et prout occasio rerumque qualitas exegerit, quaecumque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, renovatione et etiam ex integro editione indigere cognoverint, reformat, mutant, corrigant, abusus quoscunque tollant, regulas, constitutiones, observationes et ecclesiasticam disciplinam, ubicunque illa exciderit, modis congruis restituant, reintegrent ipsasque personas male viventes seu relaxatas atque ab illarum institutis deviantes, seu alias quomodolibet delinquentes diligenter inquirant, corrigant, emendent, coercant et puniant, ac ad debitum et honestum vitae modum revocent, prout iustitia suaserit et ordo dictaverit rationis.

Et quia relatum Nobis est, inter alia scandala, quae modernis hisce temporibus in praefato monasterio oborta sunt, evenisse etiam, quod Admodum Rev.dus Pater Albertus Znamierowski, Prior alias per Patres dicti Monasterii canonice et legitime electus et qui in pacifica possessione sui officii fuerat, praefatis electione et possessione minime obstan[4v]tibus, per Perillustrem ac Rev.mum Dominum Stanislaum Boglewski, Abbatem Comendatarium Plocensem, Gnesnensem, Vladislaviensem Canonicum, non minus nulliter, quam iniuste ac sine ulla auctoritate, sed sola vi et potentia

²⁷⁷ Ioannes Nivardus Górski († 1717), prior Landensis, postea abbas Obrensis.

officio prioratus huiusmodi privatus fuerit, multisque damnis ac iniuriis affectus, idcirco Perillustribus Rev.mae ac Admodum Rev.dis Paternitatibus V.ris tenore praesentium pariter committimus, quatenus in actu visitationis, ut supra peragenda, de his etiam iniuriis et violentiis ac specialiter de privatione prioratus cognoscant, causamque hanc summarie et sine strepitu et figura iudicii, sed sola facti veritate inspecta, examinent ac quidquid ipsis in Domino pro reparatione iniuriarum huiusmodi opportunum videbitur, reimposito ad suum officium, quatenus id iustitia exposcat, Admodum Rev.do Patre Znamierowski, amotoque quovis illegitimo detentore, statuunt atque decernant decretaque sua debitae executioni demandent. Ad quem effectum quascunque opportunas ac magis necessarias facultates Perillustribus Rev.mae et Admodum Rev.dis Paternitatibus V.ris praesentibus concedimus atque impartimur.

Insuper bona Monasterii praefati et Praepositarum visitent, illorum qualitates referant, rationes ab Administratoribus mensae monasterialis exigant, aliaque omnia faciant, quae Nos ipsi, si personaliter praesentes essemus, possemus facere, communicantes ad hos effectus Nostras omnes, tam generales, quam particulares, quibus fungimur, facultates.

Non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus eiusdem Monasterii aut Ordinis, etiam iuramento firmatis ac quibusvis privilegiis et indultis apostolicis, generalibus vel specialibus, superioribus et personis, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac quibusvis etiam clausulis et decretis per quoscunque ac quotiescunque concessis, confirmatis, innovatis; quibus tam coniunctim quam divisim derogamus et derogatum volumus per praesentes pro hac vice.

Volumus autem, quod Perillustres Rev.ma et Admodum Rev.dae Paternitates V.rae de omnibus per se gestis et factis etc. in dicta visitatione, plenariam relationem Nobis faciant, ut deinde ea approbare seu respective, prout Nobis visum fuerit, reformare valeamus. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 7 mensis Ianuarii Anno Domini 1707.

(Locus + Sigilli)

I[ulius] Archiepiscopus Nazareus
Nuntius Apostolicus
Io[annes] Carolus de Vannis
Auditor Generalis
Adalbertus Skwarczyński,
Cancellarius

N. 118.

Iulius Piazza**Ioanni Szembek, vicecancellario Regni**

Opaviae, 8 I 1707.

Patrem Stephanum Trombetti et collegium pontificium Leopoltitanum, cuius idem Trombetti rector est, ei commendat.

Autogr.: Kraków, BCz. Rkps. 451/IV p. 21.

Illustrissimo *etc.*

Temendo con qualche ragione il P. Trombetti, rettore di cotesto Collegio Pontificio²⁷⁸, che nelle presenti moleste congiunture possa soffrire qualche pregiudizio, ha desiderato anche che procuri al medesimo un Protettore che possa garantirlo dalli infortunii, de quali potesse essere minacciato. E perciò, riconoscendo che non possa esserli né più benefico né più generoso alcun'altro che l'Eccellenza V.ra, così mi avanzo a supplicarla colla maggiore premura di far godere al sudetto Padre e suo Collegio quei favori che mi riprometto dal di Lei piissimo zelo e dalla sua benignità verso di me. Deve V.ra Eccellenza restar persuasa che contarò questa grazia per una delle maggiori, che potrò godere dalla di Lei singolare bontà, e che per renderlene reali testimonianze mi augurarò frequenti occasioni di manifestargliene gl'obblighi coll'ubbidirla, baciando intanto all'Eccellenza V.ra riverentemente le mani. Troppaw, 8 Gennaro 1707.

Di V.ra Eccellenza

Devotissimo *etc.*

G[iulio] Arcivescovo di Nazaret

²⁷⁸ Stephanus Trombetti († 1723), Theatinus, ab a. 1706 usque ad mortem rector collegii pontificii Leopoliensis.

N. 119.

Card. Fabricius Paulucci
Iulio Piazza

Romae, 8 I 1707.

Pro litteris, 20 XII datis (cfr. N. 83-88), ex quibus diligentia eius et studium in obeundo munere adhibita perspicitur, gratias agit. Ad rogata in annexis epistulis (cfr. N. 120,121) respondet.

Or.: AV, Nunz.Pol. 203A f. 77r.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 220 f. 4v.

N. 120.

Card. Fabricius Paulucci
Iulio Piazza

Romae, 8 I 1707.

Cum de pace inter reges Poloniae et Suetiae constituta nullum amplius sit dubium, se non intellegere nuntiat, cur baro a Schenck Romam iter suum instituat. Se timere, ne ex eiusmodi pace nova rerum perturbatio et discordia, cum religionis et rei publicae non parvo detrimento, exoriat. Rogat, ut novitates solita sua diligentia mittere pergat.

Or.: AV, Nunz.Pol. 203A f. 78r.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 220 f. 6r.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Non potendosi più controvertere la pace tra il Re di Polonia e quello di Svezia, dopo che coll'andata del primo in Sassonia e coll'effettiva liberazione de Signori Principi Sobiescki se ne sente avanzata l'essecuzione, non si sa comprendere qual'oggetto poss'havere la venuta qua del Sig. Barone di Schenck. Staremo a vedere se l'eseguirà e sentiremo ove vadano a battere le sue commissioni. E in tanto ben può temersi, e con ragione, che una tal pace sia per partorire nuove confusioni e scissure nella Polonia con pregiudizio non meno della religione che del Regno.

V.ra Signoria Ill.ma ci continui intanto colla solita sua diligenza le notizie di ciò che anderà succedendo per poter regolare i nostri passi. Mentre non

potendo in questa confusione di cose prendersi per ora alcuna misura, resto augurandole *etc.* Roma, 8 Gennaro 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*

(a-F[abricio] card. Paulucci-a)

a-a) *Autographum.*

N. 121.

Card. Fabricius Paulucci
Iulio Piazza

Romae, 8 I 1707.

Abdicatione Augusti iam certa et confirmata, mandat ei, ut fiduciam utriusque factionis sibi conciliare nitatur et ita religionis catholicae commoda et emolumenta tueatur. Rogat, ut nova diligenter perscribat, quo opportuna et necessitatibus apta mandata ei Roma mitti possint.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 220 f. 5r-v.

A Mons. Piazza, 10 Gennaro 1707.

Non meno dallo spaccio di V.ra Ill.ma che da molte altre parti, si ha la rinunzia che il Re Augusto ha fatto del Regno di Polonia a favor del Palatino di Posnania²⁷⁹. In queste circostanze di cose sarà necessario ch'ella si mantenga in maniera di rendersi confidenze ad ambi i partiti. A quello del Re Augusto dovrebbe ella esser accetto, poiché non ha lasciato di favorirlo, secondo gl'ordini che ne haveva; all'altro potrà ella ugualmente esser grato se mostrerà ora di volersi interessare per sostenere il loro eletto. In tal maniera si farà strada a poter passar nel Regno per accudire non meno agl'interessi della Religione, che per farvi quella figura [5v] che vi hanno fatta i suoi Antecessori in occasione di altre elezioni. Di quel che li riuscirà di conseguire con la sua destrezza, ce ne terrà raguagliati per poter ricevere di qua ordini proporzionati al bisogno et al decoro del ministero, che deve esser il suo principale oggetto. E le bacio *etc.*

²⁷⁹ Cfr. N. 78.

N. 122.

Iulius Piazza
card. Fabricio Paulucci

Opaviae, 10 I 1707.

Pro litteris, 18 XII 1706 datis (cfr. N.77), quibus sua in explendo officio sedulitas et industria probabatur, gratias agit et iterum promittit se munus sibi commissum diligenter et accurate obiturum esse.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 30r.

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 17r-v.

N. 123.

Iulius Piazza
card. Fabricio Paulucci

Opaviae, 10 I 1707.

Nuntiat pacem inter reges Poloniae et Suetiae initam, quamvis a nemine in dubium vocetur, executioni tamen non mandari; ex eo, quod Augustus, pace iam composita, Suecos ad Calissiam adortus esset, Moscovitas contrarium coniecisse, quamquam rex nocte praecedenti copiarum Sueticarum ducem clam frustra monuisset, ut signa reciperet. Certum quidem esse regem constitutam pacem occultare conatum esse, sed cum ista a ministro Brandenburgico divulgata esset, clam discedere in Saxoniam coactum esse. Polonis promisisse se quam celerrime rediturum esse. Ad cardinalem Saxoniae etiam scripsisse eumque rogasse, ut Cracoviae maneret, donec ipse reverteretur, qui tamen huiusmodi promissioni fidem non esse dandam arbitratus sit.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 32r-33v.

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 17v-18r.

Eminentissimo etc.

Benché da alcuno non si ponga in dubbio la pace seguita tra i Re di Polonia e Svezia, colla rinunzia del primo a quella Corona, tuttavia non si sa ancora quale sarà il fine di questa grand'opera. Mentre sin'ora non si vede l'essecutione del trattato, a conchiudere il quale sin dal passato Settembre ne fu data la facoltà al Finksten et Imoff, consiglieri Sassoni per garantire

la Sassonia dall'ultima ruina, come hebbi l'onore di renderne conto all'Eminenza V.ra col mio ultimo dispaccio delli 6 del corrente²⁸⁰. E quantunque la commissione per il sudetto trattato, e la [32v] sottoscrizione di esso havesse dovuto portare il Re a non attaccare i Suedesi a Kalisch, nulladimeno questo stesso motivo l'obligò a fare un tal passo, onde i Moscoviti et altri della sua armata, i quali dubitavano di qualche segreto trattato a causa d'una certa freddezza di Sua Maestà nel commando dell'armata, non potessero non solo penetrare ciò che era stato conchiuso, ma dal fatto stesso arguissero il contrario; benché si dica che il Re, per garantire i Suedesi dall'attacco risoluto, facesse avvertire la notte precedente il loro Generale di ritirarsi, che non volle fare, perché o credesse l'avviso [33r] non sincero, o che questo procedesse dal timore che il Re havesse della sua vicinanza, o che finalmente si assicurasse della vittoria, della quale non dubitava il Palatino di Chiovia²⁸¹, il quale sentesi che animasse il Generale Suedese alla battaglia.

Ma comunque sia certo (e che questa non esclude la certezza della pace) che il Re volle celare con essa e colla sua andata in Varsavia, dove procurò che non ne giungesse alcun rincontro colle lettere che erano trattenute nella posta a bello studio, e perciò la publicatione di essa fatta dal Ministro di Brandeburgo lo obligò di partire con sollecitudine e segretezza alla volta della Sassonia, onde non fosse trattenuto dai [33v] Polacchi, ad alcuni de quali che erano appresso di lui, perché non fosse loro tanto amara la sua uscita dal Regno, promise di ritornare quanto prima, sicome haveva anche scritto al Sig. Cardinale di Sassonia²⁸² di restare in Cracovia, al che non ha voluto egli fidarsi, perché stima non sia per succedere mai tale ritorno, o che passerà almeno molto tempo, se pure sarà così, avanti che se ne veda l'effetto. E faccio *etc.* Troppaw, 10 Gennaro 1707.

Di V.ra Eminenza

(^a-Umilissimo *etc.*)

Giulio, Arcivescovo di Nazaret-^a)

^{a-a}) *Autographum.*

²⁸⁰ Cfr. N. 108.

²⁸¹ Iosephus Potocki.

²⁸² Christianus Augustus de Saxonia-Zeitz.

Iulius Piazza
card. Fabricio Paulucci

Opaviae, 10 I 1707.

Transmittit litteras episcopi Premisliensis ritus Graeci ad papam scriptas, quibus supplicat, ut consanguineo suo in Collegio de Propaganda Fide, nepoti autem suo in Collegio Graeco locus detur. Merita petentis et eius propagandae unionis studium efficere, ut negotium hoc commendetur et promoveatur.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 31r-v.

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 16v-17r.

Eminentissimo *etc.*

Ho l'onore di rimettere qui annessa all'Eminenza V.ra una lettera, che Mons. Vescovo di Premisla del Rito Greco unito²⁸³ scrive a Sua Santità²⁸⁴. Onde si degni promuovere appresso la medema le di lui istanze, le quali sono di supplicarla ad accordarsi un luogo per un suo prossimo parente in costo Collegio di Propaganda Fide ed un altro per un suo nipote costì pure nel Collegio Greco. Il merito del Prelato ed il suo infinito zelo in promuovere e sostenere l'unione, benché possino conciliarsi la gratia pontificia, tuttavia mi permetta l'Eminenza V.ra di porgerle anch'io a questo fine le umilissime mie suppliche, onde esso riconosca l'attenzione, che ho per le sue sodisfattioni, come egli me [31v] ne ha richiesto. E faccio *etc.* Troppaw, 10 Gennaro 1707.

Di V.ra Eminenza

(^a-Umilissimo *etc.*

Giulio, Arcivescovo di Nazaret-^a)

^{a-a}) *Autographum.*

²⁸³ Georgius Winnicki († 1713), episcopus Premisliensis ritus Graeci 1700-1713.

²⁸⁴ Non invenitur.

N. 125.

"Avviso"**a Iulio Piazza****ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 10 I 1707.

Cracovia allatum est regem Augustum non solum in Saxonia morari, sed etiam inter eum et regem Suetiae satis bene convenire. Abdicationem Augusti iam a nemine in dubium vocari, quamquam non desint qui credant eum in Poloniam rediturum esse, cuius rei testimonium etiam esse totius aulae regiae Cracoviae commorationem et contributiones, quas commissarii Saxonici exigere non desinant. Vicecancellarium regni Cracovia Leopolim profectum esse, ubi ad 7 Februarii a primate indictus sit conventus ad tertiam regis electionem peragendam. Qui Augusto fideles remanserint, ad Moscovitas anniti velle videri. Dicitur Smigielski, quamvis duo eius vexilla a Moscovitis profligata sint, una cum palatino Kioviensi 8 milia militum habere et cum iis in Maiorem Poloniam profectus esse. A quibusdam proceribus Polonis litteras universales esse publicatas, quibus ad propriam cuiusque factionem roborandam firmandamque milites colligantur. Praesidia Saxonica Cracovia discessisse. Augustum Ferdinandum Pflug et Iacobum Henricum Flemming quoque Leopolim profectos esse, ut Moscorum imperatori nova quaedam Augusti proposita porrigerent. Varsavia afferunt advenisse illuc aliquos ablegatos generalis Denhoff, ut militem conscriberent, ministros vero Moscovitas in Żótkiew litteras universales publicasse, quibus affirmant se foedus cum Polonia initum continuare velle libertatis Reipublicae servandae et novae electionis peragendae causa, addita promissione restituendae Ucrainae, alendi militis Poloni et minuendarum contributionum. Exercituum regni capitaneum, episcopum Cuiaviensem, palatinum Cracoviensem et alios proceres cum ministris Moscovitis consilium tenuisse. Generalem Sueticum Löwenhaupt Rigam profectum esse.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 34r-35r (annexum fasciculo epistularum N. 121-123).**- Ed.:** Theiner, VMPL IV, 38 (fragmenta).**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 178v-179r.

Troppaw, 10 Gennaro 1707.

Essendo giunto avviso in Cracovia non solo di trovarsi in Sassonia il Re Augusto, ma anche passare tra esso e quello di Svezia una perfetta corrispondenza²⁸⁵, non si dubita più in quella Città della stabilita pace e dell' abdicatione della Corona di Polonia, benché credino ancora che Sua Maestà

²⁸⁵ Cfr. N. 96.

debba ritornare nel Regno, il che si tiene altresì costante dalla di lui Corte, la quale si ferma ancora in Cracovia. E su tal voce sparsavi non tralasciano i Commissarii Sassoni di esiggere rigorose contribuzioni da quel Palatinato.

Partì dalla sudetta Città l'ultimo del mese passato alla volta di Leopoli il Sig. Vicecancelliere della Corona²⁸⁶ per trovarsi alla Dieta ivi convocata per li 7 del prossimo da Mons. Primate²⁸⁷, dicesi per fare una terza elezione, sembrando che quelli, i quali sono stati fedeli al Re Augusto, vogliano appoggiarsi ai Moscoviti, perché ne succeda più facilmente l'effetto.

Si sente che due bandiere del Smigielscki siino state battute dai Moscoviti, ma essendosi ad esso unito il Palatino di Chiovia²⁸⁸, si trova egli forte di 8 mila uomini, con i quali è marchiato verso la Gran Polonia, havendo anche abbracciato il di lui partito alcune bandiere.

Sono state publicate diverse universali dal Gran Generale della Corona²⁸⁹, dal Palatino di Chiovia e dal Prencipe Lubomirski²⁹⁰, [34v] colle quali convocano le Bandiere del Regno, procurando ciascheduno di fortificare il proprio partito colle truppe, ma già alcuni Signori, per tema di vedersi oppressi, si uniscono ai Moscoviti per garantirsi dagl'insulti dei loro nemici.

Il Presidio di Cracovia doveva uscire da quella Città. Il che non è ancora seguito per non essere determinato verso dove debba marchiare. Si era ivi sparsa voce che il Gran Maresciallo del Re di Polonia Conte di Fluck²⁹¹ fosse di colà passato col Generale Flemming²⁹² alla volta di Leopoli, a fine di offrire al Czar a nome del Re Augusto alcune proposizioni per un nuovo trattato con esso.

Scrivono di Varsavia che erano ivi giunti alcuni soldati del Generale Denhoff²⁹³ per arrollare gente e che i Ministri Moscoviti, i quali si trovano a Kolkiew²⁹⁴, havevano publicate delle universali colle quali assicurano di voler continuare nella Lega fatta colla republica a fine di mantenere la libertà di essa e di una nuova elezione, con promessa di restituire l'Ucraina, di pagare l'Essercito della Corona e di moderare le contribuzioni ed il prezzo dei viveri.

Si ode che il Gran Generale, con Mons. Vescovo di Cuiavia²⁹⁵, il Palatino di Cracovia²⁹⁶ et altri Signori, habbia havuta una nuova conferenza nel sudetto luogo con i Ministri Moscoviti, i quali assicurano, che vi si dovesse anche [35r] rendere il Czar.

²⁸⁶ Ioannes Szembek.

²⁸⁷ Stanislaus Szembek.

²⁸⁸ Iosephus Potocki.

²⁸⁹ Adamus Sieniawski.

²⁹⁰ Georgius Dominicus Lubomirski (1665-1727), succamerarius Regni Poloniae ab a. 1702.

²⁹¹ Augustus Ferdinandus Pflug († 1713), marescalcus aulae Augusti II.

²⁹² Iacobus Henricus Flemming († 1728).

²⁹³ Boguslaus Denhoff († 1734), militum tormentariorum Lithuaniae dux.

²⁹⁴ Żółkiew, cfr. N. 93.

²⁹⁵ Constantinus Szaniawski.

²⁹⁶ Iannussius Wiśniowiecki.

Avvisano di Lituania che il Generale Suedese Levenhaupt fosse andato a Riga.

N. 126.

Iulius Piazza
Adamo Kotuliński, coadiutori praepositurae
Casimiriensis ad Cracoviam

Opaviae, 12 I 1707.

Mandat ei, ut visitet monasterium Crasnicense Canoniorum Regularium Lateranensium in dioecesi Cracoviensi et componat controversiam inter patrem Antonium Haraburda, praepositum illius loci, et patrem Ioannem Kački, eiusdem ordinis professum, intercedentem.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 4v-5r.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Admodum Rev.do Patri Adamo Kotulinski, Coadiutori Electo Praepositurae Casimiriensis ad Cracoviam circa ecclesiam Sanctissimi Corporis Christi Canoniorum Regularium Lateranensium²⁹⁷, salutem etc. Cum ex facultatibus a Sanctissimo Domino Nostro Domino Clemente, Divina providentia Papa eius nominis XI, concessis Nobis competant legatione Nostra durante etc. ut fol. eodem retro²⁹⁸. Hinc est, quod Nos, dictis facultatibus inhaerentes, cum personaliter ad Praeposituram seu et Monasterium Krasnicense Ordinis praedicti Canoniorum Regularium Lateranensium, dependens a Praepositura Generali Casimiriensi praedicta, gravioribus negotiis praepediti et ob loci distantiam accedere non possimus, Admodum Rev.dae Paternitati V.rae, de cuius prudentia etc. [committimus, ut] se conferat ad Praeposituram seu et Monasterium [5r] praedictum Crasnicense, illudque et illam, tam quoad locum etc. visitet, in illis statum, formam etc. [inspiciat]. Insuper bona Praepositurae seu et Monasterii praedicti Krasnicensis visitet, illorum qualitates referat, rationes ab Administrationibus Praepositurae seu et Monasterii exigat.

Et quoniam nonnullae tricae inter Rev.dum Patrem Joannem Kački, Professum dicti Ordinis Canoniorum Regularium Lateranensium Monasterii Casimiriensis antedicti²⁹⁹, hactenus in praerecensita Praepositura seu

²⁹⁷ Adamus Kotuliński CRL (1673-1710), ab a. 1706 praepositus generalis ordinis.

²⁹⁸ Cfr. N. 116.

²⁹⁹ Ioannes Kački († post 1715), lector theologiae.

Monasterio Krasnicensi residentem, et Rev.dum Patrem Antonium Haraburda, Praepositum illius loci³⁰⁰, iurgiaque et dissensiones subortae sunt, nequeantque (ut idem Rev.dus Kački asserit) de facili componi, ideo Paternitati V.rae. Admodum Rev.dae, autoritate qua supra, committendum duximus, prout committimus per praesentes ac demandamus, ut unico contextu in actu visitationis de huiusmodi tricis et differentiis informationem assumat illasque omni meliori modo componat, statuendo quidquid in Domino opportunius Paternitas V.ra Admodum Rev.da iudicaverit. Ad quem, et quos effectus, ut supra, quascunque opportunas ac magis necessarias facultates, tam generales, quam particulares, quibus fungimur, Paternitati V.rae Admodum Rev. dae communicamus, concedimus, atque impartimur. Non obstantibus quibuscunque etc. Volumus autem, quod Paternitas V.ra Admodum Rev.da de omnibus per se gestis etc. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 12 Ianuarii 1707.

(Locus + Sigilli)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus
Nuntius Apostolicus
Io[annes] Carolus de Vannis
Auditor Generalis
Adalbertus Skwarczyński,
Cancellarius

N. 127.

**Card. Fabricius Paulucci
Iulio Piazza**

Romae, 15 I 1707.

Significat summum pontificem libenter cognovisse contenta epistularum eius, mense Decembri datarum, eiusque diligentiam probare (cfr. N. 91-97). De rebus aliis in epistulis annexis (cfr. N. 128-129).

Or.: AV, Nunz.Pol. 203A f. 81r.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 220 f. 6r-v.

³⁰⁰ Antonius Haraburda († 1715), praepositus Crasnicensis 1703-1709, lector theologiae.

N. 128.

Card. Fabricius Paulucci
Iulio Piazza

Romae, 15 I 1707.

Se gaudere scribit abbatem Vanni commissa sibi officia diligenter explorare et nuntium in munere obeundo efficaciter adiuvare (cfr. N. 92).

Or.: AV, Nunz.Pol. 203A f. 83r.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 220 f. 6v.

N. 129.

Card. Fabricius Paulucci
Iulio Piazza

Romae, 15 I 1707.

Nuntiat, rebus in Polonia adhuc incertis et perturbatis, se ei nullam nunc certam instructionem et agendi regulam impartiri posse. Suadet, ut eam factionem fovere et iuvare conetur, quam iura religionis catholicae et quietem ac tranquillitatem in regno et libertatem rei publicae maxime tuituram atque defensuram esse arbitretur, et se de omnibus diligenter atque accurate edocere non desinat.

Or.: AV, Nunz.Pol. 203A f. 82r-v.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 220 f. 6v-7r.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Ancorché sia oramai evidente e chiara la pace del Re di Polonia con quello di Svezia, restano però tuttavia, per quel che si raccoglie anche dalle lettere di V.ra Signoria Ill.ma, così confuse e torbide le cose nella Polonia medesima, che riuscendo impossibile il discernere e prevedere ciò che ivi sia per succedere, non si può nè men dar sin ora a V.ra Signoria Ill.ma alcuna particolar direzione.

Posso dunque semplicemente dirle per sua regola generale che l'intenzione e la mente di N.ro Signore sono di appoggiare e promuovere a suo tempo quel partito che prudenzialmente si stimerà e crederà più proprio e capace a preservare illesa la Religione, ad accertare la quiete e tranquillità del Regno

et sostener la libertà della Republica, imperocché, siccome questi beni sono stati l'unico oggetto della condotta tenuta fin qui dalla Santità Sua, così vuole che senza minima alterazione lo sieno di quella pure che dovrà tenersi in avvenire. Questo è quanto per ora posso dire [82v] a V.ra Signoria Ill.ma, la quale dovrà prendere da ciò maggior eccitamento a porre ogni suo studio nell'indagare, non solamente i successi, ma le disposizioni delle cose, per darne qua esatto e diligente raguaglio, insieme colla notizia della qualità e delle mire dei partiti, affinché si possano prendere le misure convenevoli; le quali, come già le ho scritto, si parteciperanno a Lei, occorrendo, anche con spedizioni espresse. E in tanto resto *etc.* Roma, 15 Gennaro 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*

(^a-F[abrizio] card. Paulucci^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 130.

Iulius Piazza
Hieronymo Wierzbowski,
suffraganeo Posnaniensi

Opaviae, 16 I 1707.

Mandat ei, ut Ioannem Węrowski inducat in possessionem praepositurae xenodochialis S. Laurentii Posnaniae existentis, qua ipsi vigore provisionis pontificiae, post mortem ultimi et immediati possessoris, collata est.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 5r-v.

Iulius Piazza *etc.* Dilecto Nobis in Christo Perillustri ac Rev.mo D.no Hieronimo Wierzbowski, Suffraganeo et Administratori Episcopatus Posnaniensis³⁰¹, salutem *etc.* Literarum scientia, vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendatur testimonio Admodum Rev.dus Joannes Węrowski, Custos Ecclesiae Collegiatae in Summo Posnaniensi, Presbyter³⁰², Nos inducunt, ut sibi ad gratiam reddamur liberales. Cum itaque, sicut accepimus, beneficium simplex saeculare, Praepositura Xenodochialis nuncupata

³⁰¹ Hieronymus Wierzbowski (1649-1712), suffraganeus Posnaniensis ab a. 1681, administrator dioecesis 1704-1707 (sede impedita).

³⁰² Ioannes Węrowski († 1720), secretarius capituli Posnaniensis.

S. Laurentii Posnaniae, post mortem et obitum Admodum Rev.di Luberski, illius ultimi et immediati possessoris, extra Romanam Curiam in mense et anno nunc currente defuncti³⁰³, vacaverit et vacat ad praesens, nullusque de illo, praeter Sanctissimum Dominum Nostrum et Nos, hac vice disponere potuerit sive possit, Nos, sufficienti ad id facultate per eundem Sanctissimum Dominum Nostrum Sanctamque Sedem Apostolicam, vigore literarum Apostolicarum muniti, ipsumque Admodum Rev.dum Ioannem in primis a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuriis et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet ad praesens innodatus existit, et effectum praesentium duntaxat consequentium, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, Perillustri ac Rev.mae Dominationi V.rae per praesentes committimus, quatenus constituo sibi prius, quod narrata veritate nitantur et dictus Admodum Rev.dus Ioannes ad eandem Praeposituram Xenodochialem obtinendam habilis et idoneus reperiat (super quo conscientiam Perillustris ac Rev.mae Dominationis V.rae oneramus) ac recepto prius ab eodem [5v] Admodum Rev.do Ioanne, iuxta praescriptum Sacri Concilii Tridentini, super catholicae fidei professione, tum de obedientia et reverentia Nobis et Nostris pro tempore Successoribus, necnon Ill.mo Loci Ordinario, eiusque Successoribus praestanda, deque non alienandis dictae Praepositurae Xenodochialis bonis, quinimo alienatis pro posse et nosse recuperandis, iuribus et privilegiis eiusdem manutenendis et conservandis, solito corporali iuramento, servatisque caeteris ad praescriptum Sacri Concilii Tridentini servandis, et dummodo beneficium praedictum dispositioni Apostolicae alias quam ratione vocationis eiusdem in praefato mense reservato S. Sedi Apostolicae reservatum vel affectum non existat, eundem Admodum Rev.dum Joannem Węgrowski Presbyterum de praedicto beneficio Praepositurae Xenodochialis S. Laurentii provideat, instituat et investiat in Dei Nomine, ipsumque vel eius legitimum Procuratorem in et ad realem, actualem et corporalem possessionem dictae Praepositurae Xenodochialis et illius annexorum, iuriumque et pertinentiarum quarumcumque inducat et inductum defendat; amoto exinde quolibet illicito detentore, faciendo ipsi de omnibus fructibus, redditibus, proventibus, censibus, decimis et aliis quibusvis emolumentis responderi; contradictores auctoritate Apostolica per censuras ecclesiasticas et alia opportuna iuris remedia compescendo. Non obstantibus etc.

Non intendimus autem per praesentes super retentione insimul utriusque beneficii, Custodiae scilicet Collegiatae in Summo et Praepositurae Xenodochialis S. Laurentii Posnaniae, quatenus incompatibiles, dispensare. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 16 Ianuarii 1707.

³⁰³ Ignotus.

(Locus + Sigilli)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus
 Nuntius Apostolicus
 Io[annes] Carolus de Vannis
 Auditor Generalis
 Adalbertus Skwarczyński,
 Cancellarius

N. 131.

Iulius Piazza
card. Fabricio Paulucci

Opaviae, 17 I 1707.

Quamvis nova pauca vel omnino nulla sint, ea tamen, quae colligere poterit, transmittit (cfr. N. 132-136); gratias agit pro litteris, 28 XII datis (cfr. N. 98-99).

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 39r.**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 18v.**N. 132.**

Iulius Piazza
card. Fabricio Paulucci

Opaviae, 17 I 1707.

Nuntiat rumores de pace constituta et regni abdicatione ab Augusto "in albis" subscripta omnino confirmari, neque iam aliud restare, quam ut eiusmodi pax et abdicatio approbetur. Interea affirmant palatinum Posnaniensem cito in Poloniam rediturum esse, generalem exercituum regni capitaneum in officio servare velle, capitaneatum autem campestrum palatino Kioviensi conferre in animo habere, sed a regni primatibus et episcopo Cuiaviensi animo vehementer averso esse.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 42r-v, 49r.**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 18v-19r.

Eminentissimo *etc.*

Continuano le asserzioni da più parti che la pace sia stata stabilita con i bianchi sottoscritti dal Re di Polonia e confidati ai due Consiglieri altre volte menzionati colle antecedenti³⁰⁴. E nella stessa forma si assicura essere stato spedito l'atto della rinunzia alla Corona, che sentesi sia già nelle mani del palatino di Posnania. E benché tutto ciò habbia recato una somma afflizione alla Maestà Sua, tutta volta, riconoscendo non esservi almeno presentemente rimedio alcuno, è obligata di subire sì dure leggi ed approvare [42v] quello che è stato dai suoi conchiuso. Ma non ostanti tali voci, forse non insussistenti, si fanno da diversi molte riflessioni sopra un tal passo dei Ministri del Re, principalmente dopo la di lui ratificazione.

Intanto si parla che il Palatino sudetto³⁰⁵ ritornerà quanto prima in Polonia e che conserverà il Gran Generale³⁰⁶ nell'impiego, quando voglia abbracciare il suo partito, contentando il Palatino di Chiovia³⁰⁷ col picciolo Generalato, mostrandosi però infinitamente contrario a Mons. Primate³⁰⁸ ed al Vescovo di Cuiavia³⁰⁹. E faccio [49r] *etc.* Troppaw, 17 Gennaro 1707.

Di V.ra Eminenza

(^a-Umilissimo *etc.*

Giulio, Arcivescovo di Nazaret^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 133.

Iulius Piazza
card. Fabricio Paulucci

Opaviae, 17 I 1707.

Nuntiat publicatas esse litteras universales marescalci confoederationis Sandomiriensis (Stanislai Denhoff), typis impressas, nobilitatem Leopolim convocantes. Latinam earum versionem ei transmittit.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 40r. In f. 43r-44v textus litterarum universalium.

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 19r.

³⁰⁴ Antonius Imhoff et Augustus Pffingsten, cfr. N. 109.

³⁰⁵ Stanislaus Leszczyński.

³⁰⁶ Adamus Sieniawski.

³⁰⁷ Iosephus Potocki.

³⁰⁸ Stanislaus Szembek.

³⁰⁹ Constantinus Szaniawski.

N. 134.

Iulius Piazza
card. Fabricio Paulucci

Opaviae, 17 I 1707.

Significat Cracovia epistulas pervenisse, afferentes in proxime futuro conventu Leopoliensi principem Moscoviticum Alexandrum Menšikow id annixurum esse, ut coronam regni Poloniae consequatur, et sperare se hac in parte ab imperatore suo copiis et pecunia adiutum iri. Sexcentos milites Moscoviticos Sandomiriae stationem habentes, severa tributorum, Saxonibus non minorum, exactione incolas vexare.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 41r.

-Ed.: Theiner VMPL IV, 38.

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 19r-v.

Eminentissimo etc.

Le lettere di Cracovia, giunte hoggi, portano che i Ministri Moscoviti vanno segretamente disponendo tra di loro ciò che havrà a trattarsi nel prossimo Congresso di Leopoli, e che il Prencipe Alessandro Mezykow pretenda alla Corona di Polonia, per ottenere la quale si ripromette l'assistenza delle truppe e dei denari del Czar, di che pubblicamente si parla nel Regno. Si crede che al cominciar di quel Congresso marchiarà alla volta di Cracovia un buon numero di Truppe Moscovite, 600 delle quali che si trovano in Sandomiria, aggravano fortemente quei popoli, sì come fanno i Sassoni, colla rigorosa esattione delle contribuzioni. E faccio *etc.* Troppaw, 17 Gennaro 1707.
 Di V.ra Eminenza

(a-Umilissimo etc.

Giulio, Arcivescovo di Nazaret^{a)}

^{a-a)} *Autographum.*

N. 135.

"Avviso"
a Iulio Piazza
ad Secretariatum Status transmissum

Opaviae, 17 I 1707.

Litteris 6 I Dresda datis allatum est in Saxonia primo novi anni die pacem constitutam sollemniter celebratam et cohonestatam esse, Suecos tamen contri-

butiones non deminuisse, quas per quattuor adhuc menses ab incolis exigere intendant, et captivorum in pugna Calissiensis abductorum restitutionem postulare. Regem 31 XII venisse Lipsiam, ut regem Suetiae ibi conveniret; unum ex suis ad principem Iacobum Sobieski etiam misisse, ut nomine suo illum saluaret. Per Opaviam Saxoniam versus transiisse duo milia equitum Saxonico- rum; reliquas quoque Saxonum copias Polonia discedere; generalem Ogilvy Dresdam profectum esse, quo etiam ipse Moscorum imperator venturus esse dicitur, ut cum aliis principibus de futura sorte Poloniae una deliberent.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 47r-48r (annexum fasciculo epistularum N. 132-134).

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 137r-v.

Troppaw, 17 Gennaro 1707.

Colle lettere di Dresda delli 6 del corrente si ha che in tutti quei Stati Elettorali era stato il primo giorno dell'anno cantato il Te Deum per la pace conchiusa, ma con tutto lo strepito seguì in quella Città, poichè fu sollenizzata collo sbaro di tutta l'artiglieria e triplice salva della infanteria, schierata su la piazza. Questa tuttavia non porta alcun sollievo al Paese, poichè non solo i Suedesi continuavano ad esiggere le contribuzioni, ma pretendono che debbino le medeme continuare ancora per quattro mesi, onde quei popoli sono in una somma consternazione. Anzi, non mostrando alcuna compiacenza per Sua Maestà, chiedono liberamente i prigionieri fatti ultimamente alla battaglia di Kalisch, [47v] pretendendo di non renderne alcuno, che essi hanno delle truppe del Re. Il quale l'ultimo giorno dell'anno arrivò a Lipsia e subito mandò a complimentare l'altro di Suezia, che corrispose nella stessa forma, benchè si dicesse che avesse ad entrare in Città per visitare Sua Maestà, che pure inviò uno de suoi a vedere il Principe Giacomo Sobiescki, che si trova ivi incomodato, e n'ebbe questo una distinta consolazione³¹⁰.

Sono passati a quattro hore di qua 2 mila cavalli Sassoni, compresevi le Guardie Regie. E marchiano alla volta della Sassonia, havendo ottenuto il passaggio da Sua Maestà. E si ode che tenghino assai buon ordine. Vanno pure sfilando a poco a poco di Polonia le altre Truppe Sassone, di modo che ben [48r] presto nissuna di esse sarà in quel Regno. Passò da questa Città il Martedì della decorsa³¹¹ il generale Oghilvi³¹², che si trova al servizio del Re di Polonia e deve rendersi a Dresda, dove si dice, portandolo anche le gazzette, che si trasferirà lo stesso Czar. Sopra che, quando ciò seguisse, si fanno molte riflessioni, come che la Polonia debba essere l'oggetto del Congresso di quei Principi.

³¹⁰ Cfr. N. 96.

³¹¹ 11 I.

³¹² G. Ogilvy.

"Avviso"
a Iulio Piazza
ad Secretariatum Status transmissum

Opaviae, 17 I 1707.

Totam aulam regiam 8 I Cracovia in Saxoniam discessisse, copias tamen Saxonicas, severa tributorum exactione incolas prementes, in palatinatu Cracoviensi remansisse. Reges Poloniae et Suetiae amicitiam ostentare. Incertum esse, an rex palatinum Posnaniensem convenerit necne. Regem Suetiae magnum exercitum suum lustrasse et generalem Renskjöld copiarum suarum in Polonia ducem constituisse. Famam esse eum in persona expeditioni contra Moscovitas faciendae interesse intendere, nolle tamen amplius negotiis Polonicis immisceri. Comitem Denhoff litteras universales divulgasse, quibus deputati palatinatum et terrarum ad diem 7 Februarii Leopolim convocentur novae electionis celebrandae causa, quam imperator Moscorum cupere et fovere dicitur. Interea fama perferri electorem Brandenburgensem regem Suetiae in expeditione adversus Moscovitas suscipienda adiuvare velle et Turcas exhortari, ut bellum Moscovitis indicant. Adamum Śmigielski cum exercitu et palatino Kioviensi in Maiore Polonia commorari, propterea quod in vicinia Cracoviae, ubi praesidia Saxonica inveniantur, manere noluerint. Prope urbem illam fuisse etiam regimentarium Dorporski cum copiis suis, quae ex Polonia Maiore convenerint; rebus se ita habentibus, miseriam et ruinam regionis illius in dies augeri.

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 45r-46r.

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 179v-180r.

Troppaw, 17 Gennaro 1707.

